

Respondeo enim saepe tres aëris regiones pro calis sumi, v.g. dum plāmistā dicit, *volucres cali, & pisces maris*, per volucres cali intelligit volatilita degentia in inferiori aëris parte.

Num. 16.  
Quomodo  
distinguitur  
calis inter  
a?

Quæres supposita multiplicitate calorum mobilium, an quodlibet illorum distingatur ab alio specie?

Respondeo probabilis esse, quod sic *Primo*, quia eorum diversitatem ex diversis colligimus motibus, ergo etiam eorum diversam naturam ex diversis inferemus motibus: habent autem motus diversos, & quodlibet peculiarem sibi vendicat motum, ergo etiam quodlibet peculiarem naturam: *Secundo*, Diversæ actiones propriæ diversam indicant naturam, sed quodlibet calum quāsdam particulares habet operationes, ergo & peculiarem naturam: *Tertio*, Sol, & luna differunt specie inter se, ergo & cali differunt specie.

Secundum autem hanc opinionem de diversitate calorum, oportet considerare calos per modum corporis, cuius decem sint pelliculæ sibi contiguae, ita ut nihil intercapedinis inter ipsas pelliculas intercipitur; ita enim sibi cali sunt immediate contigui, ut nihil spatij inter ipsos intercedat: secundum verò aliam præfatam opinionem, oportet concipere calos, tanquam aliquam materiam diaphanam, & facile pertransibilem, firmam tamen, in qua discurrant astra motu sibi à Deo dato. Itaque secundum diversas considerationes necesse est, aut pluralitatem, aut paucitatem calorum admittere: attamen hi, qui tenent plures esse mobiles, ad denarium usque debent pervenire numerum, propter diversitatem motuum in calis deprehensorum: sed de his sit fides apud Astronomos.

Partitio IV.

De reliquis calos, & astra concernentibus.

Per quædam quaerita, reliqua, quæ ad materiam de calis spectant, breviter explanabimus; habentur enim tum apud Philosophos, ut Conimbricenses, Ruvium, & alios; sed præsertim apud Astrologos; de illis enim plurimum discipitur, si non integram, attamen maiorem astrologiz partem necesse foret percurrere.

Num. 17.  
Quomodo  
calis fit per  
se, & per  
viventium?

Quæritur ergo *primò*. An cali sint perfectiores res rebus sublunariis, etiam viventibus?

Respondeo, qui tenent eos esse animatos, facile defendere, esse nobiliores simpliciter; at verò, quia secundum communem opinionem, non sunt animati; ideo dicendum est tantummodo perfectiores esse secundum quid rebus sublunariis viventibus. Probatur, quia gradus viæ est simpliciter perfectior gradu non viventium; ergo quodvis vivens erit simpliciter perfectius calis; eò quod verò cali concurreat dispositio ad productionem animalium ex putri materia productorum, colligitur tantummodo maior perfectio secundum quid in ipsis calis: dum enim dicitur: causa est nobilior suo effectu; sed cali sunt cause quorundam viventium, ergo sunt simpliciter nobiliores quibusdam viventibus. Respondeo, concedo maiorem de causa prin-

cipali; nego de causa dispositiva, quales sunt cali.

Quæritur *secundo*: An cali sint corruptibiles?

Num. 18.  
Cali sunt  
corrupti-  
biles?

Respondeo in aliquibus accidentibus esse corruptibiles, iuxta illud, quod dicitur, *erunt cali novi, & terra nova*. Deinde mundus dicitur purgandus post diem iudicij, quoad suas videlicet partes, & per consequens etiam quoad calos: qui verò tenent calos esse animatos nullam omnino corruptibilitatem in eis admittunt, ut sic enim omnimodam perfectionem sibi vendicabunt: & dum dicitur, *erunt cali novi, & terra nova*, intellige de calo Emphyreo, qui nullam nequidem accidentalem corruptionem admittet. Aut dic nomen cali hic sumi mysticè.

Quæritur *tertiò*: Cuiusnam figuræ sint cali?

Num. 19.  
Cuius figuræ  
sint cali?  
probatur.

Respondeo cum communi opinione, esse figuræ sphericæ, seu rotundæ. Probatur *primò*: Illud est figuræ rotundæ, quod movetur motu circulari, sed cali moventur motu circulari, ergo sunt figuræ rotundæ. Maior patet, minor probatur, cali moventur motu perfectissimo, & motu simplicissimo, sed huiusmodi est motus circularis, ergo moventur motu circulari. *Secundo*: Nisi moventur motu circulari, daretur aliquod vacuum in ipso motu calorum; nam v.g. si moverentur aliquo motu obliquo, inter vnum calum, dum movetur, & aliud calum dum movetur, non esset immediatus tactus, ergo esset vacuum; & in hoc nullus est apud Physicos ambigendi locus.

Quæritur *quartò*: An gravitas, & levitas insint calis, item quantitas, figura, densitas, raritas, diaphaneitas, luciditas, & huiusmodi?

Num. 20.  
Quæritur  
insint cali  
quantitas  
figura?

Respondeo, gravitatem, & levitatem non insint calis. Probatur, quod non habet primas qualitates, neque etiam habet secundas, sed cali non habent primas qualitates, ut omnium est sententia; ergo neque gravitatem, & levitatem, quæ sunt quædam qualitates ex primis resultant. *Secundo*: Nulla res gravitat, aut levitat in suo centro, sed cali non exeunt, neque exire possunt extra suum centrum, & locum naturalem; ergo neque levitant, neque gravitant; ideo neque habent gravitatem, neque levitatem: quoad figuram certum est esse rotundæ, ut superius ostensum est; si igitur calum est figuræ rotundæ, ergo figuratum est. Deinde quod est extensum in ordine ad locum, illud est figuratum; sed cali sunt extensi in ordine ad locum, occupant enim locum actualiter, ergo & sunt figurati: item rari, & densi, id est habent alias partes raras, & alias densas; quia raritas, & densitas sunt quædam affectiones quantitatis. Item calum debet esse diaphanum, quia quod lumen transmittit, est diaphanum, sed calum lumen transmittit, nam v.g. sol suos radios, sub quoque lumen transmittit in terram per calos inferiores, ergo necessariò cali, saltem inferiores, debent esse diaphani; si enim essent opaci, nullo modo posset sol lumen transmittere per illos.

Quæritur *quintò*: An cali agant in hæc inferiora?

Num. 21.  
An cali  
agant in hæc  
inferiora?

Responso communis est agere, quam respondet.